Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

honestum sit bonis iudices/ et ab omni animi perturba
cione liber sis. Nam et ea que eximia pleraque et pre
clara videntur perducere eaque ratione stabili firmaque
gremque fertis animi magnique dicendum est/ et ea que
videntur acerba que multa et varia etiam in hominum vi
ta fortunaque versantur/ ita ferre ut nihil a statu na
ture discedas nihil a dignitate sapientis/ Robusti ani
mi est magnique arbitrari/ Non est autem consentanei
um qui metu non frangitur eum frangi cupiditate
nec qui victum se a labore prestiterit vinci a volup
tate/ Quamobrem et hec videnda et pecunie fugienda
cupiditas/ Nihil enim est tam angusti animi tamque
parvi quam amare divitias/ Nihil honestius magnifi
cenius quam pecunia gremque si non habes/ sed si
habeas ad beneficentiam liberalitatemque conferre/ Cave
da est etiam cupiditas gloriae ut supra dixi/ Erepta
enim libertatem pro qua magnanimus vicis omnis
debet esse contencio/ Quis vero imperia expetenda
hac potius et non capienda interdum aut deponenda ne
mo nisi/ Vacandum autem tum est animi perturbacione
ad cupiditate et metu tum etiam corporis cura et volupta
te animi et vacuitas/ Ut tranquillitas animi et securitas ad
constantia adsit quae afferat tum constantia tum etiam
dignitate/ Multi autem et sunt et fuerunt qui eam
quam dicunt tranquillitatem expetentes a negociis publi
cis se removerunt ad otium quique profugerunt/ In his